

DLXXV. Hoc est amare se, conari, laborare, magnis precibus a Deo petere ac contendere, ut excellens nosri pars ornata atque exulta sit veris geranisque ornamentis, nempe religione.

DLXXVI. Non is amat se, qui opes, qui honores amat, qui voluptates, denique quaecumque sive extra nos sunt, sive in corpore: quum potissima hominis pars sit mens.

DLXXVII. Nec amat se, qui ignoratione sui ipsum fallit, vel falli se ab aliis patitur: interdum gaudet, quum ea sibi persuaderet inesse bona, quae nulla insunt.

DLXXVIII. Hic non est in homine amor sui, quum ipse sit animus: sed amor corporis inconsultus, caecus, ferus, perniciosus sibi & aliis.

DLXXIX. Quem non iniuria caput esse ac originem malorum omnium Socrates⁴ querebatur, quippe⁵ adimit caritatem mutuam, unde in genere humano mala omnia nascuntur.

DLXXX. Nimirum qui se hoc modo amat, is nec alium amat, nec ab alio amatur.

DLXXXI. Superbus mitibus discors, superbis multo, etiam magis.

DLXXXII. Servator noster⁶ ex caelesti sapientia brevi declarat documento, quid sit amare se, quid odire. Qui odit, inquit, animam suam, nihil illi in rebus istis fortuitis aut perituriis indulgendo, is vere amat eam & salvam cupit: qui vero amat indulgendo, is odit, is vult perditam.

DLXXXIII. Laborem prae aeterno & celesti praemio, quis nisi amens refugiat, quum nec caduca haec & fragilia circa laborem acquirantur?

DLXXXIV. Haec est lex eorum, quibus pater est,

⁴ extrinsecus sunt.
⁵ pronuntiavit.

⁶ tollit.

⁷ O. ex caelesti sapientia.

Adam, ut laborent; haec eorum exsecratio, quibus materna Eva, ut adfligantur.

DLXXXV. Ergo quandoquidem laborandum est, quocumque nos vertamus; quanto praestat adnit, ut maxima merces opera nostra queratur, quam exigua, vilis, evanida? atque hinc sempiternus cruciatus & moeror.

DLXXXVI. Quid, quod facilius & tutius & securius, ac proinde iucundius leniusque est bene agere: quum peccatum⁸ periculi sit plenum, & eam ob causam timoris ac sollicitudinis?

DLXXXVII. Peccatum hominis mors, ut iugulare seipsum videatur, quisquis peccat: abducit enim se a Deo vita nostra, & a quiete conscientiae suae, qua nihil est beatius.

CLXXXVIII. Peccati fordes ablues lacrimis, poenitentia & invocatione divinae clementiae, multum huic confusus.

DLXXXIX. Occasio omnis peccandi & causa intensissima cura vitanda est. Sapiens ait: *Qui amat periculum, peribit in eo.*

DXC. Et imminet semper occasio suae diabolus, per quem numquam nobis licet securis agere.

DXCI. Semper est cum eo belligandum, ut ovore Job dixerit: *Militia est vita hominis super terram.*

DXCII. Et quum sit hostis tam potens, robustus, vafer, tam callidus, veteranus, exercitatus, tot vires habeat, tot stratagemata & dolos, nulla ratione aut arte, aut vi nostra propria possemus pares illi, nedum superiores e conflictu excedere. Iccircum diffisi nostris copiis, ad Deum accurrendum est ad operis implorandum.

DXCIII. Hac causa dominus ac magister noster suis illud⁹ non semel praecipit, orent, & religiosis affecti-

⁸ O. rotus hic §.
⁹ peccatum timoris & sollicitudinis sit.

¹ O. & dolos.

² subinde.

bus a patre omnium petant , ne in temptationem , finantur descendere , hoc est , in praelium , quo manus cum diabolo conserant.

DXCIV. Et in oratione , quam ipse nos docuit , illa est coronis , & ne nos inducas in temptationem , sed libera nos a nefario illo insidiatore.

DXCV. Sic ergo agamus semper , tamquam in acie armati , vigilantes , accincti , intenti , occasionibus nostris non indormientes : & quum tanta sit vitae fugacitas in tanta incertitate , ut ne crastinum quidem possit sibi quisquam polliceri , magna stultitiae est & atrocis periculi , si spes nostras in longum tendamus , differamus que nos adornare & necessario itineri , quo singulis momentis vocamur , inscii quando , velimus , nolimus , & inde eundum sit.

DXCXI. Quamobrem paremus nobis thesaurum ad futuram vitam , cui aliquid quotidianie accrescat , quo instructi & confisi , numquam per signitatem aut socordiam inopinantes opprimamur , aut discedamus moesti , sed parati abire , & vitae huius pleni , agentes praenobis magnam & optimam spem vitae innocentia sancteque transactae per fidem filii Dei , & pietatem , quam nos ⁸ instituit .

Quo munere nullum potuit homini a Deo maius aut ⁹ optabilius dari , quo Deum noscimus , & quantum effici a mortali potest , non modo aemulamur ² ac sequimur ,

³ verum consequimur ⁴ quoque .

DXCVII. Sine hoc quid est homo aliud , quam im-

mortale pecus ?

DXCVIII. Ut unus dies humanae vitae preferendus

est longissimae aetati corvi aut cervi , ita dies unus ex re-

ntermissione negligitur ut annos alios certos non tolli-

³ dicantur .

⁴ pravo .

⁵ stultum est & pericolosissimum , si .

⁶ futuro it .

⁷ in illud pertrahemur .

⁸ edocuit .

ligione actus , hoc est , divinae vitae , toti aeternitati sine religione anteponendus .

DXCIX. Haec est vita aeterna , inquit Christus dominus , ut agnoscamus PATREM , & quem ille misit , IESVM-CHRISTVM .

DC. Hic est cursus absolutae sapientiae , cuius primus gradus est NOSSE SE , postremus NOSSE DEVUM .

REGI SAECVLORVM IMMORTALI ET INVISIBILI , SOLI
SAPIENTI DEO HONOR ET GLORIA IN SAECULA
SECVLORVM AMEN . BRVGIS . M . D . XXIV .

⁹ pulchritus .

¹ O. non modo .

² O. ac .

³ O. veram .

⁴ O. quoque .

